**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz

**Band:** 68 (1913)

**Artikel:** Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1313-1362. Band 2

**Autor:** Liebenau, Theodor von

**Kapitel:** Urkunde Nr. 530 bis 539

**DOI:** https://doi.org/10.5169/seals-117253

**Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Siehe Rechtliche Hinweise.

**Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. Voir Informations légales.

**Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. See Legal notice.

**Download PDF:** 08.02.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch**

Baldwil wan ich eiges Ingesigels nüt han so bin(d) ich mich under der vorgenanten miner herren Ingesigel. Dis beschach | und wart dirr brief geben ze Münster, da ze gegen waren her Johans von Trostberg ritter, her Růdolf Lupriester, her Heinrich kilcher ze Wolen, her Růdolf von Ippikon | her Peter von Erlosen phrunder ze Münster und andere erbere lüte genůg, die es sachen und horten, des jars do man zalte von gotes gebúrt, drüzechenhundert dar nach in | dem fünfzgosten und nünden jar, an der nechsten Mitwuchen nach sant Peters und sant Paulus tag der zwelfbotten. —

Es hangen die Siegel von Propst Jakob von Rinach, Pantlion von Trostberg, Joh. von Ravenspurg; Ersteres und Letzteres mit dem Bild des hl. Michael. W.

## Nr. 530.

1359, 3. Juli, Konstanz.

Bischof Heinrich von Konstanz schenkt dem Stift Konstanz die Quart von Schongau.

In nomine domini amen. Hainricus dei gratia Epiſcopus Conſtancienſis, vniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, ad quos preſentes litere pervenerint | Salutem in domino cum noticia ſubſcriptorum. Cum que geruntur in tempore memoria hominum ſtabiliri non poſſint, convenit ea ſcripturarum | teſtimonio perhennari. Sane cum per guerras diras et diuturnas olim inter Illuſtrem dominum Alberhtum ducem Auſtrie ex vna Et Con- | mune Ciuitatum Thuricenſium, Vallenſium Uranie et Switenſium ex parte altera in partibus noſtre Conſtantienſis dioceſis iam pridem habitas | quam etiam propter ſterilitatem terre generalem permiſſione divina, quam dolenter referimus, iam dudum inolitam, bona et poſſeſſiones honorabilium et delectorum in Chriſto Canonicorum ſiue Capituli noſtri Conſtantienſis adeo ſint diminute et depravate, quod dicti Canonici noſtri ſuſtentacionem | congruam quilibet de ſua prebenda habere non valeant nec etiam honori ipſorum condecentem, Igitur nos more pii patris et | non inmerito conpa-

cientes eiſdem, cum de corpore noſtro cenſeantur iuxta Canonicas ſanctiones eiſdem Canonicis ſive Capitulo noſtro Con- | ſtancienſi pro ſuſtentacione congruo et pro relevanda ipſorum inopia prehabito tamen tractatu et deliberatione diligenti cum fidelibus | noſtris et Eccleſie noſtre Conſtantienſi ſuper eo Quartam Eccleſie parochie in Schōngō, nobis et Eccleſie noſtre Conſtantienſi pertinentem cum omni | jure, iuribus, redditibus, prouentibus et pertinentiis ſuis vniuerſis ex cauſis promiſſis libere donavimus et etiam donamus preſentiam per tenorem | mittentes ipſos per manus noſtre et decani ipſorum coniunctionem nomine eiuſdem Capituli in corporalem poſſeſſionem eiuſdem quarte cum | omni iure, juribus, redditibus, proventibus et pertinentiis ſuiſ univerſis. Renuntiantes pro nobis et ſucceſſoribus noſtris omni exceptioni | doli mali, deceptionis cuiuscunque privilegiis, conceſſionibus, indulgentiis reſcriptis tam apoſtolicis quam imperialibus et alias undecunque ob- | tentis, impetratis vel impetrandis ac omni alio iuriſ et facti auxilio, quo vel quibus mediantibus nos Hainricus Episcopus vel eciam | ſucceſſores noſtri contra premiſſa vel eorum aliquod venire vel ea aliquatenus infringere poſſemus. In quorum omnium teſtimonium et robur efficax | Nos Hainricus Epiſcopus Conſtantienſis antedictus ſigillum noſtrum Episcopale preſentibus duximus appendendum. Datum Conſtantie anno domini Milleſimo CCC$^{0}$L$^{0}$IX$^{0}$. | Quinto Nonas Julii. Indictione XII.

Das Siegel hängt.

Kopienbuch in Karlsruhe N. 319, fol. 124, b; N. 322, fol. 172 mit unvollständigem Datum 1350; N. 307, fol. 72. Regesten der Bischöfe von Konstanz II, N. 5496.

## Nr. 531.

1359, 9. Juli, Zürich.

Vor Bürgermeister, Räthen und Zunftmeistern von Zürich verkaufen Herr Ulrich Pfung, Chorherr des Gottes hauses zu Münster im Argau und seine Brüder Johann-

Jakob und Heinrich Pfung den Meyerhof zu Steinmaur an Johann von Seon. Stadtarchiv Baden.

F. E. Welti, Urkunden von Baden I, 58.

## Nr. 532.

1359, 2. November.

Jakob von Rinach, Propst zu Münster stellt die Pfründe zu St. Peter und Paul wieder her und bestimmt Rechte und Pflichten des Pfründners.

In nomine domini amen. Jacobus de Rynach prepositus ecclesie Beronensis Constantiensis diocesis universis et singulis, quorum interest vel interesse poterit, quomodolibet in futuram subscriptorum noticiam fidelemque eorundem execucionem pie devocionis celo inspirati | cupientis domino de concessis quamcum permissum est, saltem aliqualiter grata vicissitudine correspondere divinum officium quemque religionis cultum pre ceteris patrie actibus principalibus debemus, in quo quidem Petrum et Paulum principes apostolorum tanto | sollempnius honorare decebit, quanto specialius et ipse Christus singularis prorogative privilegiis eosdem insignivit. Dum Petro quem petrum nominavit ecclesiam suam sanguine suo rubricatam pre ceteris apostolis regendam commisit et Paulo, quem vas electionis | vocavit adhuc in mortalibus constituto tamquam adhuc ab ortivo alti sui iudicii profundissima misteria, que nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascenderunt et de quibus loqui non licet revelavit. Hinc est | quod nos Jacobus de Rynach prepositus prenotatus, sana per dei gratiam mente incolomisque corpore, vi metuve non compulsi nec dolo aliqualiter circumventi, sed libera meraque voluntate donacione inter vivos et irrevocabili presentibus donavimus | per fratremque donamus capelle in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli predictorum consecrate prepositure nostre ab antiquo et a tanto tempore, quod eius contrarium in memoria hominum non existit annexe, extra ecclesiam Beronensem super ipso atrio prope scolam situate | curiam, predia, bona, mansos, novalia

et cetera non secuntur nobis ratione directi dominii ac iure proprietatis pertinencia ad duodecim frustorum redditus estimata. Primo curiam zů dem Einhus, cuius medietatem nunc colit Arnol- | dus dictus Graber de Einhus, de qua medietate solvit annuatim unum malterum spelte et unum maltrum avene, dimidium porcum, duos pullos autumpnales, unum carnisprivialem et triginta ova et reliquam vero medietatem eiusdem | curie nunc colit Johannes Reber, filius Uolrici Rebers, de qua medietate solvit annuatim unum maltrum spelte, duo maltra avene, dimidium porcum, duos pullos autumpnales, unum carnisprivialem et triginta ova. Hic porcus per hos | duos cultores solvendus octo solidos valere debebit secundum estimacionem reddituum, qui vulgo dicuntur herrengült. Nostri duo cultores, simul solvent annuatim unum hircum paschalem. Item unum bonum dictum ab dem Berg, quod nunc | colit Uolricus Sterrenberg, de quo soluit annuatim unum modium spelte. Item unum bonum in Jütwil, quod nunc colit Hartmannus an der Matten, de quo solvit annuatim duos modios avene. Item unum bonum dictum der Mosbůl, quod solvit | annuatim duo quartalia avene. Item in Rikkenbach duo novalia et unam curtim cum spicario desuper, que nunc tenet dictus Kerdegg de Rikkenbach, de quibus omnibus solvit annuatim unum modium avene et unum modium spelte et duos pullos | autumpnales. Item unum bonum situm vor dem Hůbholtz, quod nunc tenet dictus Kes de Mulwil, de quo solvit annuatim tres modios spelte. Item unum bonum dictum der Frevelsperg, quod nunc colit dictus Eychiberg, de quo solvit annuatim duos | modios avene. Item duas scoposas in Gundolswil, quas nunc colit dictus Fuchs, de quibus solvit annuatim duos modios tritici Heinrico de Oeschibach, nomine precarie, quo defuncto ipsi duo modii ad ipsam capellam per cultores perpetuo | persolventur. Abdicantes et resignantes pro nobis nostrisque heredibus universis omne ius proprietatem et possessionem, que nobis in dictis bonis hactenus competebant, mittentesque in plenam et liberam possessionem eorundem discretum virum dominum Uolricum | dictum Zovinger ipsius

capelle capellanum volentes, ut ipse ipsius capelle nomine et quilibet eius successor futurus eorundem bonorum in antea liberam habeat auctoritatem instituendi, destituendi, locandi cultores removendi, ipsorumque in perpetuum | pacifica possessione gaudeat et perfruatur. Item trium frustorum redditus ipsi capelle misericorditer elargimur de nostro granario annuatim tam diu persolvendos, quousque dicti trium frustorum redditus super certis bonis ipsi capelle perpetuo | persolvendi per nos fuerint comparati astringentes et obligantes, nichilominus nostros heredes singulos et universos ad predictorum trium frustorum annuam solucionem, quousque per eos dicti redditus, ut premissum est, in et super certis bonis comparentur, si quod absit | per nos comparati non forent. Item donacione causa mortis seu testimonii nomine dicte capelle disponimus et ordinamus, horreum nostrum cum duobus spicariis nostris sitis prope ecclesiam Beronensem infra muros. Item triginta marcas argenti per prepositum | futurum nostrum in ecclesia Beronensi immediatum successorem de domo prepositure nostre sitam infra muros cimiterii prope capellam prelibatam persolvendos secundum modum et tenorem instrumenti desuper confecti et sigillis nostri et capituli nostri sigillati. | Item quinquaginta libras de domo nunc in habitationis nostre, que Ratberg nominatur, post mortem nostram per dominum Heinricum Dappiferi de Diessenhoven, nostrum consanguineum thesaurarium ecclesie nostre seu alios in instrumento desuper confecto expressos ante | introitus ipsius nostre domus persolvendas, prout in ipso instrumento, de quo prenarratur, sigillis nostri et capituli nostri consignato lucidius poterit reperiri. Cuius testamenti executores ordinamus et constituimus honorabiles dominos Waltherum de Klingen, | Lütoldum de Irflikon, canonicos ecclesie nostre prelibate, Gôtfridum et Marchquardum de Rynach, milites, ipsos sub interminacione districti iudicii obtestando, quatenus in execucione ipsius testamenti ita se reddant sedulos et diligentes | executam operam adhibentes, ut divinam super hoc effugere valeant ultorem promittimus pro nobis nostrisque heredibus universis dictam donacionem inter

vivos ipsamque nostri nostrorumque heredum super tribus frustis persolvendis, modo quo premittitur | obligacionem nec non ipsius testamenti modum et disposicionem ratam et gratam habere nec contra ipsam vel aliquam ipsarum nunc aut in posterum unquam ullo tempore facere vel venire aut contravenientibus seu contravenire volentibus aliqualiter consentire | quesito quovis ingenio vel colore, sed de ipsis omnibus et singulis debitam prestare subvarandiam quotiens super ipsis fuerimus requisiti. Renunciantes actori doli, mali in factum actori omnique iuris subsidio canonici et civilis scripti vel | non scripti conswetudinarie vel municipalis, castrensis vel ruralis, facti vel fiendi dolo et fraude penitus circumscriptis debet quod prelibatur dominus Uolricus Zovinger vel futurus eius in ipsa capella pro tempore successor omnia predicta bona mobilia | seu inmobilia ipsi capelle nomine testamenti per nos ordinata fideliter et cum diligencia conservare, defendere et tueri nec ipsa seu aliquot ipsorum distrahere vel alienare super quo personale prestabit iuramentum, quod ei per conferentem nullatenus | posset remitti, quousque perdictos nostros quatuor executores una cum ipso certi redditus ipsi capelle perpetuo cessuri, empti fuerint et comparati, in qua emptione ipse sine prelibatis quatuor executoribus solus nullam penitus habent auctoritatem | ni quod absit non superessent vel ita in remotis degerent pro ipsorum copia nullatenus haberi posset, in quo casu ad prepositum, qui pro tempore fuerit auctoritas disposicionis loco dictorum quatuor executoribus devolvatur quod si et hic haberi non posset liceat | eidem prebendario capelle providere prout super hoc suo voluerit satisfacere cautori periuriique effugere labem et reatum. Volumus eciam ut dicta capella per nos et nostros in dicta prepositura successores, quibus ius ipsam conferendi | in singulis suis vacacionibus reservamus tantum actu prespitero conferatur. Volumus insuper ac pro nobis et nostris successoribus precipimus et mandamus, ut ex nunc in antea dominorum prepositi et canonicorum dicte Beronensis ecclesie familia et officiales | in festivitatibus videlicet Nativitatis Dominice, Pasce et Pentechostes ad missarum

sollempnia ad dictam capellam se presentent ibique offerant iuxta conswetudinem ab antiquissimis temporibus huc usque devolutam. Debet eciam | prebendarius dicte capelle Berone personalem facere residenciam nec non sub iuramenti debito omnibus horis canonicis interesse divinis officiis nichilominus diurnis et nocturnis et ob hoc vinum de communi dominorum cellario porcionem | in anniversariorum distribucione et alia percipere, que reliqui Beronensis ecclesie prebendarii percipere consweverunt, gaudere quoque privilegiis eorundem. Idem eciam omni septimana tres missas dicere tenebitur, dummodo id facere commode poterit, quod ipsius consciencie | duximus relinquendum, unam de Beata Maria Virgine, unam de patronis et unam pro fidelibus defunctis. Sequenti vero septimana unam iterum de patronis, unam de sancto Martino, unam de beata Maria Magdalena et sic | consequenter alias septimanas alternando, sub hiis igitur modis et condicionibus capellam sanctorum Petri et Pauli apostolorum prenotatam reddimus dotatam redditibus, possessionibus prenotatis adhibitis in omnibus predictis verborum | et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Nos igitur absit Waltherus de Klingen, Lütoldus de Irflikon, canonici, Gôtfridus et Marchquardus, milites, executores prenominati hoc execucionis onus in nos sponte | suscipientes astringentesque nos ipsos ad omnia, que de nobis prescripta sunt, bona fide promittimus adimplere affectuique mancipare modis et viis commodioribus ad hoc exquisitis. In cuius | sponsionis testimonium sigilla nostra presentibus decrevimus appendenda. Et in horum omnium evidenciam atque robur singulorum sigillum nostre prepositure presentibus duximus appendum. Datum Berone anno domini Millesimo | tricentesimo quinquagesimo nono crastino Omnium Sanctorum.

Von den fünf Siegeln ist nur noch dasjenige des Propstes Jakob von Rinach erhalten und auch dieses ist stark beschädigt.

G.

## Nr. 533.

1360, 30. Januar, Münster.

Genossenschaft zwischen den Stiften Münster und Zofingen bei der Verehelichung der Leibeigenen Johann Fritag von Knutwil und Ita Weber.

Wir Jacob von Rynach, Probſt und daſ kappitel gemeinlich der Chorherren des Gotzhuſes ze Münſter | in Ergöw, koſtentzer Byſtums, tůn kunt allen den die diſen brief anſehent oder hôrent, vnd verie- | hen offenlich an disem gegenwürtigen brief, das wir einhellenklich vnd gemeinlich mit gůter | vorbetrachtung gnoſſami geben haben und geben an diſem briefe, an des vorgenanten unſers Gotz- | huſes ſtat dien Erwirdigen Herren dem Probſt und dem Cappitel des Gotzhuſes Zouingen | an den kinden, ſo Johans Fritag von Knutwil, des ietz genanten gotzhus von Zouingen lidig eigen gewin- | net, ob es got gelaſſen het, bi Itun Weberin, vnſers egenanten gotzhuſes eigen frowen, Peters | Webers rechtü elichü tochter vnd deſ ſelben Johans Fritags elichü wirtin, als ſin urlob brief | den er von den ſelben Herren, dem probſt vnd dem kappitel von der eigenſchaft wegen het wolbeſigelt, | da ſi im verhengt habent, wa er griffet oder kumet zu der e in einer andern Herſchaft, da ſol er inrent | Jareſfriſt, alſ ſin brief wol bewiſet hin wider umb ein gnoſſchaft geben und ſchaffen, doch alſo und | mit der beſcheidenheit vnd rechten gedingen, das wir die ſelben kint ſullen teilen mit den vorgenanten | Herren zuo deſ gotzhuſes handen und das ŏch dü ſelben kint erben ſullen vatter und muter an | ligendem und an varendem gute, an alle geuerde vnd widerrede. Und deſ ze einer merer ſicherheit, | gezúgniſſe und warem urkund, ſo haben wir die obgenanten probſt vnd kappitel unſri Ingeſigel | gehenket an diſen brief, der geben wart ze Münſter des Jars, do man zalte von gottes | geburt drúzehenhundert iar, darnach in dem Sechſzigoſten iare, an dem nechſten Donrſtag | vor unſer frŏwen tag zu der Liechtmes.

Die beiden Siegel sind abgefallen.

Original im Archiv St. Urban.

## Nr. 534.

1360, 31. Januar, Dietwyl.

Jakob von Rynach, Propst zu Münster, besiegelt einen Güterverkauf der Gebr. Guni in Dietwyl an das Kloster Ebersecken.

Archiv Rathausen.

## Nr. 535.

1360, 8. April, Baden.

Der österreichische Landvogt vergleicht sich mit Schultheiß, Rat und Bürgern von Sursee wegen des Auflaufes und der Frevel zu Münster und auf der Sandgrube.

Wir Herzog Fridrich von Tekch, der hochgebornen fürſten Herzog Rudolfs und ſiner | Brůder der Herzogen von Oeſtereich, unſerr gnedigen Herren Hauptman und Lantvogt | in iren Landen ze Swaben und in Elſazz, tun kunt mit diſem brief umb die fre- | veln und uflåuffe, die ze Münſter und uff dem Lantgericht ze der Santgrube | beſchahen, wie die dar komen ſint, von dem Schultheizzen, dem Rat und den burgere | gemeinlich ze Surſe, das ſich die egenanten von Surſe lieplich vnd früntliche | mit uns an unſer Herſchaft von Oeſtereich ſtat, dar umbe verricht hand, alſo das | ſi und die uf den tag mit in da waren, furbas unſerr Herſchaft von Oſterriche, | dehainem irem Hauptman, Lantuogt noch amptlüten furbas nichtes von der ge- | taut wegen ſchuldig ſint ze geben noch ze beſſern, noch nieman anders dar umb | mit in nichtz ze ſchaffen haben ſol. Es iſt auch ze wiſſen, das unſer Herſchaft von | Oeſterrich noch dehain ir amptman von irn wegen mit den, die den todſchlag | mit der hand getån habent nichtz verriht ſint in dehainem wege mit urkund | ditz briefs. Des ze urkunde geben wir dem Schulthaizzen, dem Rat und den | burgern von Surſe diſen brief verſigelten mit unſers amptes anhangendem In- | ſigel, geben iſt ze Baden an Mitchen nauch (sic) dem Hailgen tag ze Oſtern | do man zalt von Criſtes geburt driuzehen hundert Jar und dar nauch in dem | Sehzigeſten Jare.

Das Siegel des Landvogtes hängt wohl erhalten.

Originalurkunde im Stadtarchiv Sursee.

# Nr. 536.

1360, 23. Juni, Frauental.

Revers des Klosters Frauental betreffend Jahrzeitstiftung für Herrn Johann Truchſeß von Wolhusen, die eventuell in Münster gehalten werden soll.

Allen dien die diſen brief ſechent alder hôrent leſen kv̂nden wir ſweſter Anna, eptiſchin vnd der conuent gümeinlich deſ gotz | hus ze Frŏwental vnd veriechen, dc vns Johans ſelig Trugſetze von Wolhuſen hat geben nvn pfunt pfenningen genger vnd geber ſtebler | müntz dur ſinr vnd ſins vordren ſelen heileſ willen, der wir von im gar vnd genzklich güwert ſin vnd loben mit dien ſelben | pfenningen gůt vnd gelt ze kŏfenne als vil, als wir da mitte vergelten mugen, vnd wellen ŏch da mitte ſin Jarzzit jerlich | began als ſitte vnd gewonlich iſt in vnſerm kloſter mit gebette vnd ob dem tische mit viſchen an dem nechſten tag nach vnſer | frowen tag ze mitten ŏgſten, als ŏch ſin Jarzzit vallet an alle geverde. Wer aber dc wir deſ tages nv̂t viſche môchtin vinden noch haben, ſo wellen wirs deſ nechſten tageſ, ſo wir viſche haben mügen dar nach mit viſchen began ob dem tiſche. Wir wellens | ŏch vſ dem kaſten bv̂gan alle die wil ſo wir die ſelben nv̂n pfunt ſtebler nv̂t haben an eigen gelt geleit vnd bv̂wendet | mit guten trúwen. Wa wir dc nüt volfůrtin, als vorgeſchriben iſt, ſo ſol ein iar zins des ſelben geltes dien | korherren von Mv̂nſter gevallen ſin vnd hier v̂ber ze einem vrkunde der vorgeſcribnen dingen, ſo geben wir diſen brief | beſigelt mit v̂nſerm ha(n)genden Ingeſigel. Der geben wart za Vrowental, da man von gottes geburte zalte drúzehen | hundert vnd ſechzig iar, an ſant Johans abent ze ſv̂ngicht.

Das Siegel hängt beschädigt.

Das Jahrzeitbuch von Münster notiert unter dem 16. August: A. D. 1359 obiit Johannes Dapifer de Wolhusen, Canonicus huius eccleſie.

## Nr. 537.

1360, 6. Juli.

Rudolf Poller, magister artium, Schulmeister zu Münster, bezeugt eine Vergabung des Schenken Peter von Wolhusen und seines Bruders Johann an das Kloster Cappel.

Archiv Muri.

## Nr. 538.

1360, 19. August, Münster.

Ritter Gottfried von Rinach vergabt dem Stift Münster drei Güter zu Gundolzwile, welche zusammen 15 Viertel Kernen geben.

Allen den die disen brief ansehen lesen oder hôren lesen künd ich her Gotfrid von Rinach Ritter und | vergihe dez offenlich mit disem Brief, daz ich recht und redelich, mit gůter vorbedrahtung, bi gesundem libe und sinne | und můte, und mit Rat miner frunde han geben, und gib och, mit disem brief, durch mine und aller miner vorderen selen | hails wegen, den erwirdigen herren, dem Probst und dem Capitel gemainlich, und allen iren nachkomen dez | Gotzhus ze Münster, disü minnü gůter dü harnach geschriben stant, ain gut ze Gundoltzwile gelegen, buwet | nu ze mal Cuonrat in Wile . giltet zehen virtel kernen, ain gůt och ze Gundoltzwile gelegen, buwet nu | ze mal Ueli Hugg . . und giltet zwei viertel kernen, und ain gůt, buwet nu ze mal Růdi Gundolfs . . und Chůni | sin bruder, giltet drü viertel kernen, und ist ouch gelegen ze Gundoltzwile, und hůnr und ayger als sitte und gewonlich | ist, alles jarlichs geltz, disü gůter han ich geben, mit aller zů gehôrd, mit holtz, mit velt, mit akern, mit matten | mit wasen, mit zwi mit grunt, und mit gråten, mit steg, mit weg, mit wune und mit waide, mit wasserlaitinen | mit wasserflüssen, mit allen rechten, nutzen und gewonhaiten, und in allen dem recht als si, dar her, von recht | oder von gewonhait, von mir besessen sint, besuchtz und unbesuchtz, benemptz und unbenemptz, den Erwirdigen Herren | den vorgenanten, Chorherren,

und ir Gotzhus, an min selbs, und aller miner erben und nachkomen stat, mit der | gedingde und beschaiden, daz si allü jar, min jarzit, eweklich, si, und ir nachkomen began sont, als sitte und | gewonlich ist ze Münster, Ich verzihe mich, och an min selbs, und aller miner erben, und nachkomen stat, allez | rechtz, als schirmes, aller frihait, aller gewonhait und alles ufzugs, aller brief von gaischelichen ald | von weltlichen richtern erworben, damit ich, ald kain min Erbe und nachkomen, ald ieman, von unseran wegen | mag, dise gab, und diss selgerât bekrenken, in kainen weg, und setz och die vorgenanten Herren, und ir Gotzhus | nu hinnan hin, in nutzlich gewer diser vorgeschribenen gůter, mit worten, werken, gebârden, und getâten, die | dar zů hôrent und notdurftig sint, Und dez ze ainem offenne, und warem urkúnd, ainer warheit aller | diser vorgeschribenen, ding und gedingde, vergib ich, der vorgenant, Her Gôtfrit, von Rinach, für mich, und | alle min Erben, und nachkomen, den vorgeschribnen Herren, Dem Probst . . und dem Capitel gemainlich, dez | Gotzhus ze Münster, und och dem selben Gotzhus disen, offenn brief mit minem aygen Ingesigel besigelt | Der geben wart ze Münster in Ergôw, dem vorgenanten, in dem jar da man zalt von Cristus gebürt | drüzehenhundert jar und darnach in dem sechzigosten jar, an dem nâchsten Mentag nach ünser frowen | tag ze mitten ogsten. W.

## Nr. 539.

Grabschrift des als Dekan in Kilchberg 1360, 15. Sept. vorstorbenen Chorherrn von Münster Johann von Baldegg.

De Kilchberg canus edentatusque Decanus Rursum dentescit, nigrescit; hic requiescit.

Vgl. Urkunden von Münster, Einleitung p. 61; Th. von Liebenau, Ritter von Baldegg p. 61. Wegweiser in der Eidgenossenschaft 1819, 339.